totaliter et plenarie mcorporavit ac subjacendo qualem liberè publi
ce ac firmiter resignavit [illegible] Quia ipse ad Causas Iu
diciarias generaliter omnes Acta quaevis Iudicia et Officia cho
dano Maḋeburgensis cum quibuscunque personis decimae quavis
venire mutuatas et extensiones habitas et habendas Nobiles Jo
nam Rozinski Jacobum Zolechowski Petrum Morlinski 1475
Joannem Demaszewski Paulum Pactawski Joannem Zer
kowski Andream Stopacki mnos veros et legitimos
Plenipotentes sufficientesque mandatarios Eligit facit or
dinat constituit ac solenniter inscribit per praesentes
Dans et concedens eisdem ut Plenipotentibus suis tam omni
bus simul quam cuilibet illorum seorsum plenariam fa
cultatem et omnimodam absolutamque potestatem Cau
sas easdem et actiones suas Iudiciarias generaliter
omnes attentandi promovendi defendendi [illegible]
Decreta suscipiendi a contrariis provocandi [illegible]
[illegible] de Zenaho gaudendi aliaque peragendi Promit
tens et inscribens se quidquid per eosdem Plenipotentes
in causis suis actum gestum et factum fuerit id totum
ratum et grato suscepturum non secus ac si ipsemet
Recognoscens ea omnia egisset fecisset et constituisset pro
sent Recognitione [illegible] Ista omnia mediante.

Feria Quinta in Crastino Festi Sancti Laurentij Levitae et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

Koblanski Raszkowicz Grabowskiemu Obligat

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus
1976 Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis Fedor Koblanski Raszkowicz Sanus mente et corpore existens. a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq́ suis quibuscunq́ propriis et Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum præsentem attinet seum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ Subijciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse
1242 bona sua propria et hæreditaria infrascripta, nimirum Sortem certam Rowien dictam, penes metam Nobilis Andreæ Grabowski in bonis Villæ Sozania Terra et Districtu præsenti Præmysliensi iacentia et consistentia, cum omni bonorum eorundem seu sortis præfatæ Jure Dominio proprietate, titulo q́ obligatorio cumq́ omnibus et singulis bonorum eorundem Utilitatibus fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentiisq́ et pertinentiis generaliter Universis nihil ex præmissis Juris Dominij proprietatis, ac cuiusvis Competentiæ et prærogativæ prose Recognoscente suisq́ Successoribus, aut quopiam alio reservando seu excipiendo verum ita late longe, circumferentialiterq́, prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq́ Concernebant, ac eidem legitime serviebant. Jam exnunc et de facto eidem Suprascripto Nobili Andreæ Grabowski et ipsius Successoribus in summa Decem Florenorum Polonicalium hinc et ab actu præsenti ad Festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post biennium Integrum proxime venturum incidens et in defectu protunc eorundem bonorum Exemptionis

onis Summæq memoratæ Decem + Florenorum Polonicalium totalis et integræ realis persolutionis extunc de biennio ad biennium Festo ad Festum, pro simili die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinante, annis et Festis Continue et immediate sese Sequentibus, Usq ad exemptionem bonorum eorundem Summæq memoratæ totalis et integræ realem et effectuam persolutionem, obligavit inscripsit et invadiavit, prout obligat, inscribit, et invadiat, præsentibus. In quæ quidem bona præmissaq omnia præsentibus per se Recognoscentem obligata et invadiata, extunc et defacto idem Recognoscens Nobilis Fedor Koblanski Raszkowicz præfato Nobili Andreæ Grabowski obligatario suo, eiusq posteris coram officio præsenti, dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem, per Ministerialem Quemcunq Competentem et Nobiles duos, die qualicunq Voluerit, officiose accipiendam, per ipsi obligatarium suum, ipsiusq posteros, hæc eadem bona præmissaq omnia præsentibus invadiata, cum Universis eorum Utilitatibus et Usufructibus, attinentiisq et pertinentiis generaliter omnibus, tenendi habendi et possidendi, illisq quiete et pacifice Utifruendi, ac ad Usus suos suorumq Successorum quosvis beneplacitos libere et effectualiter convertendi, modo ac iure obligatorio. Debetq et tenebitur memoratus Recognoscens Nobilis Fedor Koblanski Raszkowicz prout se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis eidem supra scripto obligatario suo inscribit et obligat præsentibus ipsum et eius Successores, in dictis bonis præmissisq omnibus præsentibus per se Recognoscentem invadiatis et ratione

+

eorundem omnium ab omni et quavis impetitione Juridica
quarumcunq; personarum, Cuiuscunq; Conditionis Status et Sexus
cuiusvis existentium ex occasione præmissorum modo quo-
1970 vis exorienda, in omni Judicio et officio Regni, semper toties
quoties opus fuerit, tueri defendere evincere, intercedere et li-
berare, indemnemq; eum penitus reddere, nec non hæc eadem
bona præmissaq; omnia præsentibus per se Recognoscentem
obligata et invadiata, ab omnibus in genere Juribus et In-
scriptionibus prioribus et posterioribus super præmissa omnia
modo quovis cuiuscunq; personarum factis et faciendis, tum
etiam a quibusvis Citationibus, super eadem bona suprascri-
pta modo quocunq; importatis et importandis, Lucris denique
et perlucris processibusq; Juris quibusvis, in quocunq; puncto et
gradu Juris dependentibus, et in quovis Judicio et officio Regni
obtentis et obtinendis, ac super præmissis omnibus præsentibus
obligatis, modo quovis perductis et perducendis, emundare et
eliberare, mundaq; et libera semper facere, ac etiam Intromis-
sionem præfatam, Coram officio præsenti admissam, in fundo
bonorum eorundem præsentibus invadiatorum, dum per Ministe-
rialem competentem et Nobiles duos officiose requiretur non
denegare, imo debebit et tenebitur, eandem libere dare et ef-
fectualiter admittere, dataq; et admissa eadem possessio-
nem et Usumfructum præmissorum omnium præsentibus
invadiatorum, quovis modo tam per se quam per suas
quasvis submissas et subordinatas personas, non præpedire
nec adimere, ipsumq; obligatarium suum et illius posteros
in præmissis omnibus præsentibus obligatis nullo modo
iniuriari, ita Ut hæc eadem bona præmissaq; omnia præ-
sentibus invadiata, idem obligatarius suus cum suis poste-
ris quiete et pacifice præsenti Inscriptionis obligatoriæ
vigore, tenere, habere et possidere queat, illisq; Uti frui
possit

+

possit, usque ad exemptionem bonorum eorundem, summaeque memoratae totalis et integrae realem ac effectualem persolutionem. Idque sub vadio similis summae decem florenorum polonicalium per eundem recognoscentem sive eius succes- 1474
sores suprascripto obligatario suo et ipsius successoribus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit vel solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citatus existens memoratus recognoscens nobilis Fedor Koblanski Raszkowicz sive eius successores, ad instantiam praenominati nobilis Andreae Grabowski obligatarii sui vel ipsius successorum, ad officium praesens castrense capitaneale Praemysliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat, mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio, stare sui parere respondere, vadium praefatum luere, inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, causae eiusdem terminos semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis, non afferendo, ad quietationem praeterea vitra proximos officii praefati castrensis capitanealis Praemysliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes

+

ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia plenis simplicibus, vel duplicatis Exceptionibus, suspensionibus, tabulis Iuris praescriptione Terrestri, bello convertioneq[ue] ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo
1900
alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Feria Sexta post Festum Sancti Laurentii Levitae et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

12 VIII

Kaszyński Coniugum mutua Advitalitas.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Andre-
1242
as Ludouicus Kaszynski, olim Generosi Iacobi Kaszynski cum olim Generosa Eufemia Woynarowska Consorte ipsius procreatus filius ab una et Marianna Teresia Truskolaska Generosi Andreae Stanislai Truskolaski cum Generosa Zophia Krzeczkowa Consorte ipsius procreata filia parte ab altera Coniuges legitimi, et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui uti Iugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi, Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad actum praesentem attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando

ac eq[ue]